



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Governatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 7. Ad vtramq[ue] fortunam parati exemplum aliud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

## §. VII.

*Ad utramq; fortunam parati virtus.*

S. Aug. in  
sup. Psal.  
61,

Ad hanc indifferentiam respexit & Psalmus illis verbis: *Diuitia si affluant, nolite cor apponere. Ille igitur, inquit S. Augustinus, qui non habet, non ambiat; is qui habet, non superbiat. Et non dicit, nolite habere, sed cor apponere. Non enim damnat diuitias, sed cor appositum, quod scilicet non expendit, sed recondit. Vtrumque igitur licet bene agere, & Croesum & Irum. Oportet, inquit Teles Pythagoricus, sicut bonum histrionem, quamcumq; personam poeta imposuerit, eam decore exsequi & sustinere: sic & bonum virum quamcumq; fortuna dederit. Nam & haec, ait Bion, velut poeta, aliquando primi, aliquando ultimi actoris personam imponit, est & cum Regis, & alius mendici. Et Zeno pronunciauit, esse nono histrioni simile sapientem, qui siue Thersita, siue Agamemnonis personam acceperit, utramque decenter exprimit & imitatur. Sed multo magis sapiens Christianus, nam cum nihil magis aestimet, quam Deum, credatque, quidquid Deus vult, non posse esse nisi aequissimum, sanctissimum, optimum, utilissimum, ita suam voluntatem cum diuina coniungit, vnit, conformat, ut quam primum*

Laert. in  
Zenone.

mum aliquid Deum velle, intelligit, illico  
 & ipse velit; dicatque: *Fiat voluntas tua,* Matth. 6.  
*sicut in celo, & in terra.* Quod si sensus se 10.  
 opponit, & inferior homo contrarium sug-  
 gerit, illico subiungit: *Non sicut ego volo,* Matth.  
*sed sicut tu.* 26. 39.

§. VIII.

*Tertia classis paupertatem diuitijs antepo-*  
*nentium.*

Tertia denique classis eos habet, qui pau-  
 pertatem sponte diuitijs prætulērunt, tam-  
 quam ad benè viuendum longè accommo-  
 datiore. Quod quidem etiam Philosophi  
 Ethnicorum fecisse leguntur. Epictetus pa-  
 tria Hieropolitanus, quàm pauper fuit,  
 tam dijs & Philosophiæ se se amicum judi-  
 cavit. Anaxagoras Clazomenius, sæpe di-  
 cebat: *Nemo simul & virtutes, & diuitias*  
*possidere potest.* Quamobrem amplum patri-  
 monium suis sponte concessit, pauperque  
 studijs adhæsit, Laërtio teste. Qui etiam te-  
 statur Socratem pauperem semper fuisse,  
 fordidoq; palliolo contentum, nudis pedi-  
 bus incessisse. Plato certè, vt Suidas refert,  
 solum in Academia tenuit hortum, qui  
 pars minima fuit eorum, qui illi successerunt.  
 Hortus enim tres aureos numos pen-  
 debat:

C

debat: